



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium**

**Bisling, Anselm**

**[Einsiedeln], 1682**

Digressio X. De Voto Stabilitatis, seu fervore perseverantiæ, contra tepiditatem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

## CONSID. IV.

De refrenanda Oculorum  
ga curiositate.

- Idem l. 2. s. 38. r. 2.* **F**ili, ad istud diligenter attendere debetis  
in omni loco, & apparentia exteriorum  
Dominus (sensuum, &) actionum tuarum  
& rector, non servus. Nec oculo carnalium  
res visa, vel audita. Quid vis videri  
non licet habere? Trahunt desideria  
litis ad spatiandum (curiositatis ad  
gandum) sed quid nisi gravitatem  
entia, & cordis dispersionem reportat  
cuncta videres presentia, quid esset, nisi  
vana? Dimitte vana vanis. Laudabile  
homini Religioso, raro foras exire, fugere  
deri, nolle etiam homines videre.

## DIGRESSIO X.

De voto stabilitatis, seu firmitatis  
perseverantia in bono, contra  
tepiditatem.

## THEOPHOBUS.

(I.)

- Reg. 6. 58.* **Q**uamvis S. Patriarcha Benedictus  
ubi inter Religionis vota, pro  
sionem Stabilitatis ponit, litteraliter

stabilitate loci loquatur, quam alibi vocat, esse Officinam instrumentorum bonorum operum, de illa tamen in hinc vobiscum nunc agam, quatenus importat perseverantiam in bono, & excludit defectionem à fervore operis Dei, per supervenientem Vitæ Tepiditatem, morum perversioni, & sensuum libertati cognatam. Istius porrò perniciosissimæ tepiditatis amicos, à concepto aliquando fervore deficientes Latiensis Abbas Blossius sequenti censurâ perstringit:

Tepidorum censura.

In spec. Monach. Dacrya, Abb. apud Ludov. Bloss.

Sunt adhuc alij divino obsequio mancipati, qui tamen nec infideles, nec fideles servi Dei dicendi sunt, sed ignava diaboli mancipia, qui eos jure appellârit. Qui scilicet habitu, Ordine, & officio Ecclesiastici, & Religiosi apparent, sæcularium dissolutionibus abdicati, cæterùm quâdam mentis pigritiâ, sive segnitie affectu, conceptos devotionis spiritus relaxant, ac interiora sua prorsus negligentes, labijs quidem, & externis functionibus se Deum honorare simulant, sed eorum longè est ab ipso: in quodam tepiditatis profundo demersi, vix quidquam de propria salute cogitant; tales hodie, quales heri, tales in claustris, quales in sæculo, tales in Sacerdotio, quales olim in gymnasio, tales in senio, quales in juvenia, nempe luridi, immundis,

di, tepidi, socordes, vagi, incompofiti,  
timore, sine reverentia. Hæc ille.

II. In iftorum fimilem, aut fim-

S. Bern.  
ferm. 1. de  
inftitut.  
Monach.

congruit ille mellificæ apis aculeus  
culo nuncium remisifti, fed profefione, de  
tu tuo indigna committis, in Angelicæ  
dignitatis ordinem tranfifti, fed veteri

Sunt Pardis  
fimiles.

minis negligentijs vacando, Pardorum

bus affimularis, quorum setæ, nec ex

bæ, nec ex toto nigræ; fed cum fint

lium colorum miftione variegatæ, & in

punctæ, neq; in albis numerantur, & in

nigris. Ifta Lactifluus Doctor; cetero

Angelicus, inquirens, an Religiofus

ftatu perfectionis, ita refolvit:

tametsi fe perfectos efle minime

teantur, in ftatu tamen perfectionis

neri, eò quòd perpetuam obligati

ad ea, quæ perfectionis funt, tenentur

cum folemnitate contraxerint; & in

confequenter fubdit, illos mendaces

mulatores, fictosq; Religiofos efle

ab intentione perfectionis animam

vocârint. Gravis fanè in Religiofus

pidos, ac formidolofa cenfura, & in

tamen obfervatu digniffima, & in

faria illa alterius mellifici Ecclefiafti

ris ad Sacerdotes male-fuadâ opo-

temetipfos fallentes, & credentes

perfectionem folis Religiofis & in

ftatibus competere, non itiduc

S. Th. 2.  
2. q. 184.  
a. 5.  
Regulares  
tenentur  
tendere ad  
perfectionem.

omnibus in sæculo Sacerdotibus : ita enim ad ipsos sermocinatur : *Audite me* Sic etiam sacerdotes sæculares. s. Amb. lib. de dignit. Sacer.  
*serps* Levitica, germen Sacerdotale, pro-  
*pago sanctificata, Duces, & Rectores gre-*  
*gis Christi: nihil est in hoc sæculo excellen-*  
*tias Sacerdotibus, si, quod sumus, actione*  
*potius, quàm nomine demonstramus, ut no-*  
*men congruat actioni, actio respondeat no-*  
*mini: ne sit nomen inane, & crimen imma-*  
*ne: ne sit honor sublimis, & vita deformis;*  
*ne sit deifica professio, & illicita actio. E qui-*  
*bus verbis inferitur, tam grave & irre-*  
*fragabile esse Sacerdotum ad perfectio-*  
*nem debitum, quantum est, & quàm*  
*infallibile eorundem, etiam supra Reli-*  
*gionis statum ( ut sic præcisè ) sublimius*  
*dignitatis fastigium. Vnde quilibet Sa-* Hesych. in c. 6. Levit.  
*cerdos iuge, & continuum debet esse perfe-*  
*ctionis holocaustum. Alioquin tantundem* Tepidi in- crepantur.  
*in illos, ac in Religiosos negligentes*  
*illud fulmen quadrabit: quòd sit promif-* Bernar. Cardin. in Spec. Monach. p. 2. c. 2.  
*for largus, redditor avarus, mendax manife-*  
*stus, divisor pessimus; Deo enim sua dedisse*  
*videtur, se verò diabolo; & quia Spiritui*  
*Sancto mentitur, mortem meretur æternam.*  
 III. Quàdam vice S. Bernardus vi-  
 sus est sibi audire voces illas Luciferi  
 inter Superos adhuc existentis : *in cælum* Isaia. 14.  
*conscendam, super astra Dei exaltabo solium*  
*meum; Sedebo in monte Testamenti. Ex quo*  
 iustà indignatione commotus ita in su-  
 per-

*Daniel. 7.  
20.*

*Sedere &  
non servire  
cupiunt.*

perbia, & nequitia spiritum invel-  
pit: ô imprudens! ô impudens! mil-  
millium ministrant ei, & decies mil-  
centena millia assistunt ei, sine fine  
centia Sanctus, Sanctus, Sanctus  
Sedebis? Omnes sunt administ-  
Spiritus, Cherubim stabant, & ma-  
debant, & tu solus Sedebis?  
hæc tua præsumptio! qualis inter-  
Dei Ministros negligentia, & in-  
prorsus vecordia? Eadem omnino  
reptione dignissimus esse videtur.  
quis Sacerdotium, aut Monasticum  
fessus, tot inter famulantium De-  
mina mente, & spiritu à ferventi-  
rum opetum exercitio torpescit.  
enim impropere, & redargui-  
tissimè, & verissimè potest: tot in-  
stibus Hierarchijs Angelorum my-  
nunquam cessant à divina laude,  
Sanctorum utriusque sexûs, & in-  
centena millia triumphantis, ac mi-  
tis Ecclesiæ; tot in sæculo infinitis  
candi occasionibus expositi comp-  
Lajci, atque fideles, die noctuque  
in perpetuo servitutis Dei proci-  
hominum milliones conantur in  
de virtute in vitutem, de profectu  
profectum, semper timentes in sin-  
minimis Deum offendere, & tu  
Sedebis?

*S. Anselm.  
ep. 6: ad  
monach.  
Cister.*

Adhortatio  
contra te-  
pidos.

IV. Considera bene operandi occa-  
sionem, quâ potiris, proficiendi obliga-  
tionem, quâ teneris, proborum exem-  
pla, quæ stimularis, Sanctorum socie-  
tatem, ad quam aspiras, ne malus in  
contubernio bonorum inveniâre, sicut  
diabolus quondam inter agmina Ange-  
lorum. Recogita, quæso, loci sanctita-  
tem, quam calcas, fundatorum inten-  
tiones, quas agnoscis, legata pia, census,  
ac redditus, quos percipis, Reliquias Ti-  
tularium Sanctorum, quas in altaribus  
prostantes colis; & erubescere, si imita-  
ri pigeat, quod celebrare delectat. Re-  
volve, Sacerdos, Ecclesiæ Annales, &  
Martyrologia, recolle Religiose sanctis-  
simum tui Ordinis monumenta, ac memo-  
ria in mortuis omnium virtutum exem-  
pla, quot stimulos fervoris, quot San-  
ctorum nomina, encomia, prodigia?  
Suspice cælum, & numera Sanctos An-  
gelis familiares, aut pares, Deiparæ de-  
votione insignes, ejusdem favoribus il-  
lustres, omni miraculorum gloriâ eximi-  
os Tvmatargos; mortuorum in vitam  
resuscitatores, locorû, urbium, provin-  
ciarum, & quarumcunque necessitatum  
communes Patronos; invictissimos hæ-  
resum debellatores, regnorum, ac gen-  
tium Apostolos, Martyrum denique in-  
nume-

Sanctorum  
Antecessorum  
fervor.

P

nume-

*Trith. l. 1.  
de viris il-  
lustr. c. 6.*

*Proponitur  
imitandus.  
Climac.  
gradu 1.*

numerabiles candidatos exercitibus  
profectò non alio vivendi modo ad  
tam pervenisse sanctitatis consummationem  
nem nosse debes, nisi quia (ut Trithemius  
mij verba adducam) magna in eis  
bat devotio, arsit in eorum mentibus  
plina zelus commendandus, qui illi  
quam sinebat esse remissos, subdebant  
regulæ, obedienciæ normam susceperunt  
camino paupertatis, & adversitatum  
fide firmi, spe robusti, gemina  
fulgidi, zelosi, maturi, atque docti  
mente puri, devotione præcipui, omni  
virtutum honestate decori: Vobis qui  
fragilitate naturæ similes, ac moribus  
cæterùm solo perfectionis conatu  
sunt solidi, constantes, & immutabiles  
V. Quòd si igitur potuere istam  
istam vim sibi inferre, teporem ex-  
re, ignem igni, calorem calori,  
um studio, desiderium desiderio  
vitæ exitum, metamque semper  
re, & augere; tu non possis, aut  
desperes? Imò (quod deplorandum  
nunquam velis, aut vix unquam  
ris? sed complicatis quasi manibus  
brachijs, vel pedibus, genibusque  
pra se invicem decussatis, in pigritia  
terno sedere tantùm cum Luciferi  
sumas? Non metuis, omnes obprobria  
quam tuos accusatores, & judicium



Velut inertem, vecordem, indignum,  
& degenerem filium, aut fratrem repro-  
baturus? vel te in sancta Religione, &  
Apostolico statu factum quasi profely-  
tum, meræ tepiditatis vitio futurum  
aliquando duplò filium gehennæ? Si  
cui ista non intimas ossium medullas  
penetrant, sed adhuc, velut obducto ob-  
sinationis callo, rigescit, actum cum  
illo, conclamatam jam esse, vehementer  
pertimescendum est.

Tepidorum  
grave ani-  
mæ peri-  
culum.  
*Matth:*  
23. 15.

VI. Porro prænominatus Trithemius  
assignat octo consecrati Deo hominis,  
sed merè in suis functionibus tepidi præ-  
dominantes inordinationes. *Prima* com-  
mittitur in Deū: ex ipsius servitutis incu-  
riā, divini operis negligentia, vanā men-  
tis ad creaturas, atq; sensibilia oblecta-  
menta evagatione. *Secunda* in regulas su-  
as, ac statuta: facili illorum transgres-  
sione, humilitatis contemptu, minimo-  
rum neglectu, libertatis affectatione,  
licentiarum ambitione, concessionum &  
dispensationum abusu, correctionis im-  
patientia, & fugā disciplinæ. *Tertia* er-  
ga Superiores: amoris filialis amissio-  
ne, actionum simulatione, murmura-  
tionis frequentia, intolerantia pœnæ, cō-  
tumacia vitæ. *Quarta inordinatio* se ex-  
tendit ad confratres, & æqualis mini-  
sterij consortes, qui enim sibi malus,

Octo deorū  
dinationes  
Tepidi.

cui, obsecro, bonus erit? idque dicitur  
 litudine morum, exempli pravitate,  
 conversationis seductione, probitate  
 risione, atque despectu, irrogatione,  
 tumeliarum, alieni defectus inquit  
 ne, & cavillatione, fraternae que  
 ritatis invidentiâ, vel simulatione  
 ta reflectitur ad se ipsum: propri  
 cij, ac voluntatis amore, levitate  
 dis, morum dissolutione, risu  
 ne, jocosum scurrilitatibus, inept  
 ani lætitiâ, stultâ boni jactantia  
 rum defensione, & præsumptio  
 excusandi. *Sexta* est in ordine  
 Monasterij, & proventus Ecclesi  
 cos, per luridam in Monacho  
 tractationem, temerariam dilige  
 nem, ac debitæ custodiæ negligenti  
 in Clerico autem, vel per nimiam  
 scandalosam avaritiam, intentio  
 corradendi studium, quo totus oc  
 tur, Deo, & animabus neglecto  
 è contra per prodigalitatem, super  
 tatem, bonorumque Ecclesiastic  
 inutilem dissipationem. *Septima*  
 bitam sæculi renunciationem: in  
 enim internæ dulcedinis experie  
 na quærit solatia, vel cum laici  
 rentibus, cognatis, aut notis,  
 cibo & potu, somno, joci, omn  
 exemptionibus, oculorum hec

Gradatim  
 vergit ad  
 nunam.

effreni concupiscentia carnis; donec per Octavam, & externam inordinationem (quæ perfectæ morum conversioni contraria est, ac pœnitentiæ tollit stabilitatem, utinam tandem non etiam loci, ac Fidei) prolabatur istiusmodi in cæcitatem mentis, peccati complacentiam, & recidivam: post hæc in consuetudinem pravam, inde in timoris Dei oblivionem, emendationis dilationem, ac abyssum improbitatis; de pavimento in sterquilinum, de folio in cloacam, de cælo in canum, de clauastro in sæculum, de professione, vel Ecclesiâ in apostasiam, æternamque animæ perditionem. Ita assumente uno solo solius Tepiditatis diabolo septem alios nequiores se, in domum vacantem, & ab incepto fervore vacuum intrando, per universitatem vitiorum sunt talis hominis novissima peiora prioribus.

S. Bern.  
Serm. 63.  
in Cantic.

Fit domici-  
lium om-  
nium vitio-  
rum.  
Matth. 12.  
à v. 43.

S. Casar.  
hom. 35.

VII. Hinc S. Cæsarius hæc ait, sine dubio patiuntur Clerici, Monachi, virgines, superbi, inobedientes, tepidi. Cum enim in primordijs conversionis suæ, relicta sæculi conversatione, ad militiam sanctæ institutionis animo ferventi confugerint, per gratiam Dei evacuatur omnibus malis, postea verò dum per negligentiam ac desidiam non apponunt studium, ut repleantur spiriualibus bonis; vitia, quæ discesserant, invenientia eos

P 3 vacuos

vacuos, cum multiplici remeantia  
compellunt eos redire ad vomitum suum,  
fiunt novissima eorum pejora prioribus.  
pertus est hoc suo proprio gravi  
damno & infamiâ juvenis ille (de

Massenius  
fol. 368.  
Juvenis So-  
cietatem  
Iesu dese-  
rens.

A. R. P. Massenius in suo libro de  
citate Vitæ humanæ) venerandæ So-  
cietatis IESU alumnus, qui eadem im-  
bè desertâ, ad impiam aliorum  
ens, mox velut à septem vitiorum  
monibus occupatus, eò nequitiarum  
lapsus est, ut in manus sæcularis  
stratus, & inde pro flagitijs suis ac-  
tale, & infame supplicium à car-  
ductus, utinam non ferò nimis  
erit, culpam omnem suæ perditionis  
publicâ confessione referendo in  
glectum minimorum, vitæ societatis  
defectionem à primo fervore, libe-  
tis ambitum, & detestandæ tepiditatis  
in Religione invalescentiam, quâ  
in talem cordis & corporis  
stasiam; scelera, vincula, carceres  
que ad furcam incurrerit.

Sui suspen-  
dij causam  
tribuit tepi-  
ditati.

VIII. Veruntamen particularia  
taxat, folique tepido Religioso  
dentia mala sunt ista: longè  
magis, & quidem sanguineis lacrimis  
deploranda, quæ integris Episcopis  
Collegiatis & Parochialibus Ecclesiis  
integris quoque Monasteijs ac Or-

bus per solam Tepiditatem originaliter  
inveſta ſunt excidia: (iuxta S. Anſelmi  
in ſuperiore Digreſſione Septima num. 11.

allatam præmonitionem ſeu vaticinium)

Ex quo enim permiſſæ ſunt in flo-  
rentiſſimas illas vineas parvulæ vulpes  
irrepere, impunè graſſari, & cunicu-

los agere; cœperunt paulatim regula-

rum ſepeu diſſolvere, bonæ diſciplinæ

maceriam laxare, ſubruere, diſſipare;

donec tandem, invaleſcentibus vitijs

proprietas, luxûs, faſtûs, levitatum

ac libertatum carnis, vinea tota, Eccleſia

tota, totûmque contaminatum, depa-

ſtum, & exterminatum eſt Monaste-

tium.

MONOPH. Sed quænam ſunt

iſtæ parvæ vulpeculæ tam furtivæ irre-

pententes, tam impunè demolientes,

tam pernicioſè deſtruentes?

THEOPH. Præter ſuperiùs jam de-

monſtratas, videlicet neglectum mini-

morum, affectum ad libertates, abu-

ſum licentiarum, incuriam ſenſuum, la-

xitatem; ſequentes pariter recenſet Ab-

bas Trithemius: Scientiarum defectum,

& craſſam ignorantiam; ſacræ lectio-

nis, & debitæ correctionis omiſſionem;

diſciplinæ relaxationem, atque multi-

plexes diſpenſationes; proprietatis uſum;

ſuperfluitatis immoderatam cupidinem;

Tepiditas  
& mini-  
morû ne-  
glectus  
ſunt ruina  
communis

Aliæ cauſæ  
ruinarum  
Monaste-  
riorum.

*Trith. in  
l. decla-  
mat. or. 5.  
de 12. ex-  
cidys. re-  
gul ob-  
serv.*

*S. Bern.  
serm. 6. in  
Ascens.  
Dom.*

*Tepiditatis  
remedium  
sunt annua  
exercitia.*

*Lud. Blo-  
sius fervens  
exercitio-  
rum S. Ig-  
nati) cultor*

divitiarum, victusque abundantiam;  
ternæ renovationis incuriam; ve-  
lium, leviumque culparum com-  
tum; orationis, & Sacramentorum  
ministrationis, ac usûs negligentiam  
& hanc omnium istorum originem  
quam S. Bernardus appellat perni-  
sam, periculosam, miseriam, & dicitur  
& INFERNO PROXIMA  
VMBRAM MORTIS, TEPE-  
TATEM.

IX. Vnde omnes, quotquot sunt  
losi Visitatores, Provinciales ac Superi-  
res tantarum cladum memores, ac  
maximè remedia accuratissimo  
intendunt, nimirum ut inprimis  
sonæ sive, Ecclesiasticæ, sive Religio-  
sæ sibi commissæ & subditæ, moribus  
inducantur, persuadeantur, & ad  
ad annuas interni spiritûs recollec-  
& renovationes per exercitia spiritûs  
ad excutiendam deterrimam & in-  
nabilem tepiditatem, ex humana in-  
stantiâ infirmitate quasi inadvertens  
irrepentem; & illicò, sumptis vix  
perniciosissimè invalescentem: hoc  
tem pœnè solo & unico remedio  
pulsandam, In quo Religiosos in  
vini spiritûs laude celebratissimos  
dovicus Blosius S. Patri Ignatio fan-  
rissimus, ejusque Societatis Jesu

pium apud Belgas introducendæ enixissimus promotor mirifico præluxit exemplo, dum, ut (qui Sanctus est, sanctificetur adhuc) subito ad novos novæ provinciæ colonos exercitiorum faciendorum causâ advolavit, & renovatus ipse in spiritu, publicæ dein & communi reformationi strenuam operam navavit.

X. Et pro altero, prædicti Visitatores & Superiores ad exemplum tot sanctissimorum suorum Pontificum & Pastorum; aut Ordinis fundatorum, ac Reformatorum summâ cum sollicitudine insistunt annuis & fructuosis visitationibus obeundis, suorum subditorum defectibus emendandis, corrigendis excessibus, inflammandis ad solidam pietatem animis &c. In quibus de Regulari statu insigniter efferbuit S. Odo Abbas Cluniaci, ac suo tempore cujuscunque salutari consilij promptuarium, totiusque Christianitatis sacrum Ærarium appellatus, per Germaniam, Galliam, Italiam, Hispaniam, aliasque remotissimas orbis plagas tam indefessus Reformatore, ut demum à tot laboribus superstes, supra bina Cœnobiorum milia unus, & solus dirigeret; apparente ipsi & jubente Sanctissimo Patriarchâ BENEDICTO, ut obsequentes, & dis-

Polland.  
in Vit. 7.  
Janu. n.  
59.  
Apoc. 22.

S. Odo  
Abb. Clu-  
niaci miri-  
ficus Re-  
formator.

disciplinæ capaces alumnos favoribus refractarios autem, & discolors regni cælesti prosequeretur. Sed firmissimum est, ut unus superior tot Monasteria regat, & uti quondam fuit, quinque Monachorum millia, quorum nimirum Religiosi omnes ex teo motum moventur, tanquam scintilla arundineti discurrentes, solo admodum exhortationis igniculo; at quia discolors & tepidi non moventur ab igne naturalis fervoris (quo ex propria industria carent) intus latente, nec reguntur, hinc pro uno compelluntur vix quandoque decem Superiores regere possunt.

XI. Porro in Ecclesiasticâ Hierarchiâ suo nitore restituendâ præ omnibus excelluit stupendus Reformationis SS. Concilij Tridentini leges intrepidæ Zelotes Carolus Borromæus, cum talem præscripsisset Dei Minister continuandi fervoris regulam: *Alti- cerdotes perpetuum animi quendam ardorem erga divina, zelumque gloriæ Dei, & salutis animarum, tanquam ignem sacrarum actiones necessarium: id ipsum Reformationis opus absolutissimis numeris complevit. Quò enim sex illa provincialia ab ipso celebrata Concilia, undecim Diocesana Synodi collata*

*Ex constitut. S. Caroli. reg. 2.*

*S. Carolus monet Clerum fervoris & zeli.*



runt? quàm ut obscuratum domus Dei <sup>Reforma-</sup>  
 decorem, quàm ut collapsam prorsus <sup>tor indefef-</sup>  
 Ecclesiasticorum, ac Regularium disci- <sup>lus,</sup>  
 plinam redintegraret. Quid existimas,  
 hunc novæ Legis Phineem promovisse,  
 ut tot nobilissima seminaria, collegia,  
 & cœnobia pro Itala, Germana, Helve-  
 tica, Rhætica, & Valesiana juventute,  
 nullum profundendis opibus finem im-  
 ponendo, intra sui Archiepiscopatus ter-  
 minos condiderit? extra verò non du-  
 bitarint tantus hic orbis Atlas per nivosa,  
 & inaccessa Rhætorum, & Helvetorum <sup>In Helvetos</sup>  
 juga reptare magis, quàm itinerari, sar- <sup>beneficus,</sup>  
 cinas suas proprijs humeris per devias, &  
 avias montium salebras gestare, hære-  
 sum peste infectis medullitus condolo-  
 re, solidare nutantes, instruere simpli-  
 ces, & quò æternùm istarum regionum  
 incolis consuleret, tam insigne Collegij  
 Helvetici, sic dicam, Areopagum eri-  
 gere, è quo totidem successivè adver- <sup>Eph. 6.</sup>  
 sus principes, & potestates tenebrarum ha- <sup>12.</sup>  
 rum invictissimi prodirent athletæ, quot <sup>Collegium</sup>  
 olim ex equo Trojano pugiles; per quo- <sup>Helveti-</sup>  
 rum doctrinam sanam laudabili conversatio- <sup>cum ab ip-</sup>  
 ni conjunctam secundissimo eventu disceretur, <sup>so institu-</sup>  
 & doceretur probitas, convellerentur hæreses, <sup>Ernestus</sup>  
 propagaretur fides, Ecclesiasticæ disciplina <sup>Cholinus</sup>  
 rigor, ac fervor vigeret, & animarum lu- <sup>in ejus vi-</sup>  
 crum per amplissimas regiones usque ex ipsis <sup>ta. 6. 9.</sup>  
 fini-

finibus Germaniæ colligeretur? Num  
 Carolinae soboles (Alumnos quondam  
 illius, reliquorum passim Sacerdotum  
 antesignanos compello) tanti  
 exemplo deesse patiemi, quin id  
 quod pro totius ipse Ecclesiae, &  
 triæ vestrae reformatione immortalis  
 ria gessit, vos pro impigri fervoris  
 stauratione (proscripta, damnata,  
 anathematizata omni tepiditate) pro  
 stetis? Absit tanti momenti omni  
 vestra vocatione, & genio: zelus  
 ti Antistitis vos omnes socios quos  
 collegas ambit, rivales exoptat, ut  
 modo superstes in se non est, sup-  
 tur in vobis reaccendendi divini ar-  
 negotium. Bonus enim, & utilis est  
 zelus in sacerdote, ne negligens, ac  
 sit in suo munere.

S. Ambr.

serm. 18.

in Pf 118.

XII. Denique non minus laude  
 liter faciunt etiamnum hodie Re-  
 dissiimi Visitationum, Provinciarum  
 gregationumve Antesignani, ac  
 des, imò quotquot in oppidis, &  
 Clero præ eminent Decani, qui præ-  
 rum Sanctorum fervidi æmulatores  
 accuratissimam minimorum curam  
 munere suo, omnes nervos intendentes  
 quæ visitationibus, quæ salubribus  
 stitutis ad florentissimam vitæ regulam  
 & Ecclesiasticæ normam suorum

vel reformare, vel conservare irremif-  
 sis itineribus, atque laboribus satagunt,  
 ut uberrimos laborum, & fructuum  
 manipulos reportantes cum mellifluo  
 Abbate exultare possint, & de suis glo-  
 riari, ejusdem verbis: *Quanta audivimus*  
 & cognovimus ea, & Fratres nostri annun-  
 ciant nobis, quemadmodum recalulistis igne  
 Dei, convaluistis de infirmitate, resloruistis  
 in novitate sancta: digitus Dei est iste, sub-  
 tiliter operans, suaviter renovans, salubri-  
 ter mutans, non quidem **DE MALIS BO-  
 NOS, SED DE BONIS FACIENS**  
**MELIORES**: quis dabit, ut vadam, &  
 videam visionem hanc magnam? nec enim  
 minus mira, minusve jucunda ista promotio  
 est, quam illa mutatio, nisi quodd multo faci-  
 lius reperias, multos seculares converti ad  
 bonum, quam unum quempiam in Religiosis  
 negligentem transire ad melius. Est autem  
 necessarium ad cautelam defectui proximam,  
**MEDIOCRITATEM TRAN S-  
 CENDERE, ET DECLINARE TE-  
 POREM, QVI DEO VOMITVM**  
**PROVOCAT.** Ita ille.

XIII. Quapropter Charissimi om-  
 nem deinceps irrepentē animo tepidita-  
 tē frequentissimis propositis reaccendi-  
 te; cogitate sapius, quales fueritis primo  
 die, quando vel existis de seculo, & re-  
 cepti fuistis in claustrō, vel primitias sa-  
 cras

Visitatio-  
 num & re-  
 formatio-  
 num fru-  
 ctus.

S. Bern.  
 epist. 95.  
 ad Ri-  
 chard.  
 Abb. Fon-  
 tan. & so-  
 cios.

Adhortatio  
 ad fervor-  
 em.

ras celebrando in partem sortis Sancti  
 adsciti, quam puri, ardentis, quam  
 bonis propositis largi, prompti, &  
 humiles, ac devoti, & liberales, qui  
 ad omnia parva diligentes, attentius  
 cogitare, quod status vestri profectus  
 altissima sit, caelos transeat, pariter  
 gelis, & Angelicæ similis puritati: igitur  
 diligentiam procurate, fervorem  
 per in sinu vividum quandam, et  
 etiamque fervorem, quia rari  
 quod, & eximium facinus ex  
 dimanatum antecellit sexcentis vulgari-  
 bus minutis ac tepidis.

S. Ignat.  
 Lojola in  
 Epist. ad  
 Lusitan.

Occupatio-  
 nes exter-  
 nae non  
 minuunt il-  
 lum.

B. Virgo  
 apparet S.  
 Hermannol  
 uti vetula.

Propter re-  
 missionem  
 à fervore.

XIV. Et ne vestras forenses, &  
 conomicas, aut alias commissas occu-  
 pationes in defectionis vestrae à ter-  
 operum Dei excusationem adducant  
 metuite illam, quam Hermannol Prae-  
 stratenfi alias purissimae Virgini Ma-  
 desponsato, eadem sanctissima Dom-  
 dedit reprehensionem; nempe cum  
 sacrae supellectilis commissam sibi  
 studiam à solito suarum devotionis  
 fervore ac penso remitteret, & aliquo-  
 do ipsam beatissimam in forma defor-  
 vetulae sibi apparentem horreret, inter-  
 ganti causam talis rugosi vultus, sic illi  
 spondit: *Talis appareo tibi, qualis in  
 tuo sum: ubi enim est ille fervor juvenis*

et exercitia, quae Me tibi, & te mihi juvenem reddiderunt? nolo, ut per occupationes à meo servitio remittas, & te excuses. Quam monitione correptus, omnem ille fervorem restauravit. Charissimi mei, si occupationes tam sacrae, tam necessariae non admissae sunt in excusationem defectionis à bene coeptis, quae ratione Superis placebunt voluntariae omissiones, & otiositates?

quibus aliquoties se fallunt seniores, dierum, annorumque numeros computando, quibus in Monasterio, vel Sacerdotio vixerunt, non curantes quofervore, profectu, vel fructu: in quos redi.

Et illud Senecae replices: Nil turpius, quam grandis natu, qui nullum aliud habet argumentum, se diu (in Sacerdotio, vel Religionem) vixisse, nisi dies & annos, talis enim non diu vixisse, sed diu fuisse censendus est.

Polland.  
in Vit. 7.  
Apr. p. 24.

Anni tepide transacti non sunt computandi.

Senec. l. 1. de tranquillitate.

MEDITATIO XV.

De eiusdem perniciosissima Tepiditatis reformatione.

Quoniam Otiositas inimica est animae &c. ante omnia deputentur &c. qui circumstant Monasterium, &c. & videant, ne forte inveniantur Frater acediosus, qui vages

Text. Regula. c. 48.